



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Antoninus Diana n. 123

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

A CLERICIS REGVLARIB.  
THEATINIS.

122. **A** IOANNE MARIONO Neapoli fama Sanctitatis celebri, *é primisque huius Illustrissimæ Familie viris. Cum Ludouicus Massellus haud suo fideus iudicio ac sensui, virum bonum, doctumque è Benedictinis tyronum Magistrum de ineunda Societate, ad quam animo incitabatur, consulisset, ille ad dictum Ioannem Marionum remisit: qui audita Oratione post aliquantum silentij alto cum gemitu verba illa Christi Domini protulit, si scires Donum Dei, & quis est qui loquitur tecum. Tum iterum silens, cum quasi admirans æternæ illius maiestatis benignitatem, qua hominum corda tacitis alloquitur motibus, ad seque trahit, aliquamdiu hæssisset, Abito, inquit, fili, ipsos consule Societatis Patres, rectius me illi norunt quid optimum factu sit, quod suadent, exequere, sic refertur Par. 2. Histor. Societat. lib. 2. num. 67.*

Quanti  
Marionus  
fecerit So-  
cietatem ?

123. **AB ANTONINO** DIANA S. Officij Regni Siciliae Con- *Eius filij*  
fultore meritisimo, & Antistitum in Romana Curia examinatore, *sapientissimi.*  
Auctoreque huius ætatis celeberrimo: Is in suis Resolutionibus Mo- *Illa nun-*  
ralibus Par. 6. Tract. 1. de Immunitate Ecclesiastica Resolut. 1. num. *quam satis*  
3. Societatis viros sapientissimos vocat. Et Resolut. 5. num. 2. *laudata.*  
ait, Societatem, Religionem esse nunquam satis laudatam.  
Et Par. 7. Tract. 3. Resolut. 45. Constitutionem Societatis de corre- *Et in Cor-*  
ctione fraterna tot iaculis à multis impetitam, scuto suæ auctorita- *rectione*  
tis munitissimo propugnat. Et propositionem contra illam in qui- *fraterna*  
busdam thesibus appositam, scilicet, Nullo modo licere pec- *propugna-*  
cata denunciare Prælato vt Patri, ommissa præuia admonitio- *ta.*  
ne secreta, damnatam asserit, ab Inquisitore Generali per Edictum  
datum Martii die 19. Nouembris 1625.

Mm

124 \* AB